Positiones

Dniūctissimis ac

plurimū amādis studentib⁹ burse Mon/tis salutem. Jussit diuus ille Hieronim⁹ adhortari nos alterutrum ad pietatis opera. vt illud se queremur apostoli Pauli. Alter alterius onera portate At Epimenides poeta dixit. Hortat quicūq animos ad honesta pudicos. Calcar equo stimulūq bono cō/misit. at illis. Quos fouet ingenū peruersa mente ma/lignū. Preceptoris opem vimq impartitur amici. Od et si sciam cp sitis vestra sponte vel sine hortatione vl/la studio philosophie ac bonis artib⁹ dediti. considera/ui tamen multitudinem librorum. et difficultatem ag/gredi volentib⁹ textualem expositionem librorum Are stotelis. Quapropter vt veteri vestro instituto auxilio forem: quasdam breues positiōes super octo libros phi sicor. et de aia. Arestotel. ad modū dialogi. p opponente et rndēte in vnū colligere curaui. vt cēt animi oblectatie. studiosis vero vt facilius possent memorie cōmendare ommibus autem legentib⁹ vtilitas conferatur. Et ego quidem qui hoc opus breuiandi causa suscepi. non faci/lem laborem. imo negotium plenum vigiliarum et sudo/ris assumpsi. sicut hi qui preparant cōuiuium et querūt aliorum voluntati parere. propter multorum gratiam li/benter sustinui laborem. Veritatē doctrine sancti Tho/me consonam ex plerisq collegi autorib⁹. pre ceteris ta/men magistrum nostrum Henricum Gorychem imi/tari conabar. Tum quia sancti Thome interpres fide/lissimus fuit. vt testantur eiusdem post se opera relicta. Hic dumtaxat semel in die solitus erat corporali refici cibo. vt saltem eo liberius eo diligentius studijs philoso/phie vacaret. Tum etiam quia burse Montis primus regentium extitit. quam bursam diutissime rexit. ac tan/dem in pace requieuit. huius laus et perpetua est et im/mortalis. Tanti viri autoritate et fama p̄fisus. vos mo/nere hortarique non desistam ad legendum sequens opus/culum in quo assidue maiorem concipietis voluptatem Quod si feceritis (sicuti certe facietis) vehementiori q̄/dam impetu amoris agitatus. non difficile futurū existi/mo tentandi maiora. De prefatione tantū dixisse suffici at. Valete. Ex bursa Montis. viij. ydus Decembris Anno. cccc xciij.

Finis.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf